Solutio: 1. Dicendum, sicut dictum est supra, secundum Augustinum4, super illud Matth. 4,10: Dominum Deum tuum adorabis etc.: Servitus duobus modis ac diversa ' significatione solet appellari. Dicitur enim latria, dicitur et dulia; sed dulia intelligitur servitium communis, hoc est sive Deo sive homini sive cuilibet rerum naturae exhibitae, a qua etiam servitus, id est graece nomen accipit; latria autem appellatur servitus illa quae sola divinitatis cultui debita' nec ulli est participanda ° creaturae: unde idololatriae nuncupantur.

Notandum ergo quod significatio duliae pluribus modis accipitur. Uno modo dicitur" communiter ad quemcumque honorem debitum, vel Deo vel creaturae, et sic accipit Augustinus dulia[m] in praedicta auctoritate. Secundo modo dicitur proprie, et sic dulia est cultus vel honor qui exhibetur creaturae. Tertio modo dicitur dulia antonomastice, haec est dulia dignior, quae est

per dulia: Glossa ', super Psalmum 2: Adorate illam pedum eius, dicens: « Caro Christi sine pietate a Verbo Del assumpta adoratur a non illa adoratione quae latria est, quae soli Vitori debetur, sed illa quae dulia dignior est», iuxta modo dicitur dulia secundum analogiam, sic dicitur nomine extenso, et sic dulia est

potentia debita soli Deo; tamen ratione illius pullatis in cuius participatione est creatura, et intelligitur illud: «Deo, cui debetur latria; p[er] p[er]nino, cui * debetur dulia ».

putidum ergo quod multipliciter exponitur jji Glossa. Primo modo sic: « Deo, cui detyur latria», id est, honor incommunicabilis', de admodum Dei substantia et natura est in- mnicabilis creaturae; « Domino, cui debetur dulia», id est, honor communicabilis. Dominium communicatur creaturae eo modo quo dicitur quod Deus potens est et facit creaturam potentem; sapiens est, et facit creaturam d sapientem ; bonus est, et facit creaturam bonam, ita quod participat eius bonitatem. Et' secundum haec debetur ei honor qui descendit in communionem, scilicet ratione dignitatum in quarum participatione dicimus esse creaturam, et iste honor nominatur/ nomine communi, quod est dulia, propter communionem; ratione vero dignitatis, in cuius participatione non est, honor singularis et dicitur latria. Et sic intelligitur illud « Deo, cui debetur latria; Domino, cui debetur dulia», quia 'Dominus' connotat effectum creaturae4. — Seundo modo exponitur illud, sumendo dulia[m] proprie et antonomastice, quia in Christo est natura increata; scilicet deitas, et natura creata,

scilicet humanitas. Et quantum ad naturam creatam Dominus est; secundum vero' naturam increatam Deus est et Creator, quae natura deitas dicitur. Quia ergo latria proprie debetur Creatori et soli, et dulia proprie creaturae ideo Deo debetur latria, Domino dulia.

2. Quod ergo obicitur quod 'differens honor debetur Deo', dicendum' quod non, sed differens est debitu[m] honoris ex parte creaturae ad Deum, et penes illa duo debita s[unt] latria et dulia; sed" quantum ad illum qui honoratur, idem est et unus honor, non differens. Et hoc est quia, quocumque modo adoretur Deus, vel ° ut in se consideratus vel ut causa vel ratione dignitatis impartibilis vel partibilis semper est adoratio ratione eiusdem dignitatis, scilicet' maiestatis; unde semper eadem dignitas, scilicet maiestas, adoratur; et etiam haec omnia sunt una dignitas in Deo, quae adoratur, licet differenter, in quantum sic vel sic.

3. Ad tertium quod dicitur quod 'quaedam dicuntur de Deo ex tempore, quaedam ab aeterno', dicendum quod haec omnia sunt unum sive' una dignitas in Deo, et ideo non faciunt differentiam honoris ex parte Dei, sed faciunt differentiam debiti ex parte creaturae.

4-6. Ad quartum similiter dicendum quod 'Deus creat, Deus regit' hoc facit differentiam debiti ex parte creaturae, quia aliud accipit creatura ab eo quia creat, aliud, quia regit, et ideo 'differens est debitu[m], unus tamen honor ratione horum, quia una dignitas; honor autem numeratur per dignitatem qui exhibetur. — Et per hoc patet responsio ad cuncta '.

Articulus II.

De differentia adorationis in comparatione.

Consequenter quaeritur de differentia adorationis divinae in comparatione quantum ad aequalitatem, an scilicet aequali adoratione adoratur Deus in quantum Deus et in quantum Dominus et huiusmodi.

Ad quod sic: a. Dionysius, in libro De divinis nominibus3, loquens de dominio Dei, dicit quod « dominium est omnium bonorum plenissima perfectio et immutabilis firmitas ». Ergo dominium

dictat honorem in infinitum Domino exhibendum; ergo aequali honore adoratur in quantum Deus et Dominus.

b. Item, Dominus dicitur de Deo extempore; sed ex actu temporali non accrescit Deo honor nec minoratur; ergo aequalis honor ei debetur in quantum Deus et Dominus et non minor nec maior.

c. Item, creatio est commendatio potentiae infinitae, quia dicit exitum de non-esse in esse;

* S om. * L add. quali: V qua pro eoa. * C om. creaturae... debetur; F om. reverentia. * V oui. * R om. / C om. ita. dicitur. * V om. a. c. * Ita FS (correcti), alii Deo. * I V om. * C add. non. * I L om. ** Ve/. - V debeat. * LR regnum. * T om. * T oca. * S add. non. * R om. * I F om. a. c. v. r. S om. dicit. * T in emanatitate. * F religio. * V om. * S om. * I V om. * C om. duobus... virtus. * T est de illa. * RT participandi. * V om.

* F idd. de qua loquitur. * F om. * C o m m u n i c a b i l i s . * F om. * F om. * V om. * F om. * LT iaertare. quod F « a. 11 puMum uro ad pro a. ». * V add. et. * FRT add. est. * L sumuntur, quod F con. * LT sdheet. * T o.; * S o. * R uideretur. * Ita SV, alii im participabilis pro i. v. p.; LT quia pro semper * F om. * S om.; R om. nt! * T hsi * S tamen. * V o m n i a . * F om. i. q. d. * R om. * R om.; F om. n e t . . . m i n o r * S a c t i o .

* Psalm. 7, 1. 2 Lombardi, in h. l. (PL 191, 111). 4 Cf. Quaest. in Heptat., I, q. 61 (PL 34, 564); supra, 3 Cap. 1 (PL 34, 121 sq.). | num. 288, in Solutione.

* Lombardi, in h. l. (PL 191, 895); cf. supra, p. 442, rola 1. Circa verba citata vid. S. Bonav., III Sent., d. 9, 11, q. 2, p. 200, nota 4.

2 Psalm. 98, 5. 3 Cap. 12, § 2 (PG 3, 4 CL Alex. Hal., Summa theol., 1, num. 373, od 1, et num. 375, sub Respondeo.

sed potentiae infinitae debetur honor infinitus; ergo ratione creationis debetur honor infinitus; ergo ratione domini, quia ex quo Creator, et Dominus.

d. Item, in hoc quod est 'Dominus' intelligitur Deus, cum dicitur de Deo; ergo non minor honor, sed aequalis debetur Domino et Deo.

Ad oppositum: I. Potentia in Deo est infinita, actus autem finitus; honor autem debetur Deo ratione actus et ratione potentiae. Si ergo actus finitus, sicut creatura, ergo et honor, ratione ipsius debitus' finitus est; et, si potentia infinita, ergo honor ratione potentiae infinitus; ergo non aequalis honor debetur Deo ratione actus et potentiae suae.

2. Item, bonitas divina est infinita, tamen beneficia eius in creatura sunt finita; et/ ratione utriusque debetur honor, et ex uno dulia, scilicet ex beneficentia, ex alio e latria; ergo inaequalitas honoris.

3. Item, esse divinum consideratur ut in se, consideratur et ut in creatura; unde secundum hoc dicitur Trismegistu si quod «Deus est sphaera intelligibilis, cuius centrum est ubique, circumferentia nusquam». Divinum esse consideratum in se dicitur circumferentia quae nusquam est, quia infinita et nullo modo habet finem; in quantum vero comparatur ad creaturam, dicitur centrum metaphorice. Quae est ergo comparatio centri ad circumferentiam, eadem est divini esse ad semetipsum consideratum sic et sic; sed comparatio centri ad circumferentiam est sicut finiti ad infinitum; ergo divinum esse, ut in se consideratum est infinitum, consideratum vero in creatura est finitus; ergo, si ratione utriusque debetur ei honor, debetur ei honor finitus et infinitus, et ita inaequalis.

Solutio: Dicendum quod aequalis honor semper Deo debetur ex parte dignitatis, quia semper eadem est dignitas, ratione cuius adoratur; non tamen semper aequale est debitum, quia iuxta sententiam Evangelii, Matth. 25,15, cui plus committitur, plus debet: unde uni dedit Dominus duo talenta, alii quinque, et plus debebat cui commiserat quinque quam cui unum erat commissum. Et sic ex parte commissi sive accepti non est aequale debitum, tamen aequalis honor,

quia honor^o respondet dignitati, et eadem dignitas est qua accipio hoc et illud.

[Ad oblecta]: 1. Ad primam rationem i, contrarium dicendum quod sicut in sole dupl^a est actio, scilicet actio qua agit et actio efficit, et prima dicitur lucere, secunda illa[^] nare, sic in Deo est actio qua agit Deus, et idem quod sua essentia; et est actio quam facit in creatura. Actio ergo qua agit est Infinita et immutabilis' sicut sua essentia, licet <,' quam efficit sit finita, quia creaturae sunt finita/ honor autem semper impenditur ratione acti, quo agit, et ideo honor infinitus debetur ei ratione actus⁴ et ratione potentiae.

2. Ad secundum' dicendum quod, licet beneficia Dei finita sint, tamen dantur a bonitati infinita; unde beneficium minimum quod Deus, datur ex infinita bonitate. Debitum aut honoris ratione beneficii consequitur illud t^t quanto datur, sicut patet in Luc. 21,2 de vetula, quae non posuit in gazophilacium nisi duo munda, et tamen habuit maiorem remunerationem quas qui plus posuerunt, quia ex maiori affectu dedit; et sic est hic, et ideo honor infinitus debetur ratione beneficii Dei, quia ex infinita bonitate datur.

3. Ad tertium dicendum quod, secundus Dionysius², duplex est cognitio de Deo. Una est/ modo infinito per privationem aliarum creaturarum; unde Psalmus³: *Posuit tenebras latibulum suum*. Et est cognitio de Deo per positionem modo finito h, sicut cognitio de Deo quod est potens et quod' bonus et quod sapiens t^t quod ubique et quod causa est et huiusmodi, sed tamen haec omnia unum et infinita sunt. Dicendum ergo quod divina substantia, secundum quod causa est, finiens est, sed non finita, quia finit creaturam, quia est causa contentiu eius et conservans; unde Deus est A et fi, principium et finis\ sed non finitur ab ea. Unde, prout comparatur causa prima ad creaturam, non linitur per eam sed finit eam; et ideo semper est dignitas infinita, ratione cuius debetur honor/et ideo infinitus honor. Dicitur autem esse ut centrum prout consideratur in creatura, non quia finiatur in ea, sed quia ut in atomo et' ut minima apparet esse bonitas divina considerata in creatura respectu eius quod in ipso consideratur.

DISTINCTIO II.

294

DE ADORATIONE CHRISTI.

¶Kjmost haec quaeritur de adoratione Christi'.

quaeritur utrum eadem adoratione adoretur Christus secundum divinitatem et humanitatem.

Ad quod sic: 1. Christus est Deus et homo; iijj ratione qua est Deus dignus est honore de-^oito Creatori; in quantum vero est homo, dignus est honore debito creaturae ergo, cum juratio debita Creatori sit latria, et debita creature sit dulia, Christus adorandus est dulia et Utria; sed eae adorationes differunt; ergo differenti adoratione adorandus est Christus.

Ad oppositum: a. Hieronymus²: «Non seorsum Verbum Christi adorandum est». Seorjijn dicit ab humanitate; ergo una adoratione adoratur in quantum Deus et in quantum homo.

¶. Secundo iuxta hoc quaeritur an debeatur maior veneratio Filio Dei' incarnato quam ante tucarnationem.

Hoc enim videtur per Philosophum³, quia plura bona sunt paucioribus bonis magis eligenda. Ergo plura venerabilia paucioribus sunt agis veneranda; igitur/, cum plura venerabilia sint in Filio incarnato, scilicet divinitas et humanitas et persona, quam in non-incarnato, relinquitur quod amplior debetur veneratio incarnato.

Solutio: Dicendum quod in Christo est dignitas personae et diversitas naturarum, quia persona est in duabus naturis. Respicendo ergo dignitatem personae, sic una debetur Christo adoratio, quia ipse est una persona, et una est dignitas, ratione cuius fit adoratio, scilicet una dignitas personalis, et haec adoratio est latria. Et hoc est quod dicit Ioannes Damascenus, III *Sententiarum*, 9 dist.4: «Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem; adoro Christi naturam propter Dei mei simul utramque propter carni unitam deitatem. Non enim

quartam appono personam in Trinitate, sed confiteor personam unam Verbi et carnis eius». Iis verbis insinuari videtur' Christi humanitatem cum Verbo una adoratione esse adorandam, attendendo unitatem personae. Respicendo autem diversitatem naturarum est differens adoratio, quia ibi est natura divina, quae adoranda est latria; ibi etiam est humanitas: ex qua parte distinguendum est, quia ipsa humanitas considerari secundum se potest, in quantum est quaedam creatura tam sancta, tam pulchra, vel prout est^o divinitati coniuncta. Si consideretur secundum se, dicendum quod ei debetur adoratio quae est dulia dignior, et secundum hoc super illud⁵: *Adorate scabellum pedum eius*, dicit Glossa⁶: «Caro Christi sine impietate a Verbo Dei assumpta adoratur a nobis; non illa, dico, adoratione quae latria est, quae soli Creatori debetur, sed illa quae dulia dignior est». Si autem consideratur prout est divinitati unita, secundum hoc fuerunt circa hoc opiniones⁷, quia quidam dixerunt quod debetur ei dulia hoc modo, sed dignissima. Alii autem dixerunt quod debetur ei latria, secundum Augustinum⁸, qui' super illud⁹: *Non turbetur cor vestrum* etc. ita' dicit: «Ego Dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem, ideo adoro quod a divinitate suscepta et deitati unita est, ut non alium et alium, sed unum eundemque Deum et hominem Filium Dei esse confitear'. Denique si hominem separaveris a Deo, illi nunquam credo vel servio». Et loquitur de adoratione' quae est latria.

Ad quod intelligendum notandum est quod latria dicitur tripliciter'. Uno modo dicitur proprie, scilicet cultus qui Deo debetur soli, sive

• V on. ratione... ratione. • F add. Interi, qol. • T add. it. A F om. actus... ratione. • F add. Interi, actui. /C IW M S creata pro creatura. • T alla. • F om. • SV om. • L secundum rationem pro s. r.: R scilicet. T cum pro II. I U S, alii om. ff. v. a. ■ T om. • F om. • F om., V Deut S debetur pro debet. F LR Inequale
• F om. q. h. • L am. • F Incommutabilis. • S om. quo... actus. • T secundum
• m... per • Ita SV, all in finitio. I V om. • V add. Deus. • V est.

i Uber 24 philosophorum, n. 2 (edit. Cl. Baumker, in *Festgabe zum 70. Geburtstag G. von Hertling*, Freiburg i. B. 1913, p. 31); d. Alex. Hal., *Summa theol.*, I, p. 18, nota 6.

2 *De myst. theol.*, c. 1, § 2 (PG 3, 999).

3 Psalm. 17, 11.

4 Apoc. 1, 8.

• Tret; L om. est. • V (corr.) creatori. • LR ad humanitatem pro s. a. • F om. e. i. c.; LRT om. est. • L om. • V aede
• m. atli • S om. • T om. • T ex. • S om. • L om. • F est. • V om. • L om. • L om. • C om.
• CUIT continet; V om. esse. • S om. e. l. d. s. • LR multipliciter.

*Cf. Lombard., III *Sent.*, d. 9, c. un. (p. 591 sqq.);
Odo Rigaid., III *Sent.*, d. 9 (fol. 376b-377a); S. Bonav.,
d. 9, a. 1, q. Isqq. (III, 199sqq.).

1 Cf. in *letem.*, III, c. 17 (PL 24, 787).

*Topkor., III, c. 2 (1, 199).

**Dtfile orthodox.*, III, c. 8 (PQ 94, 1014); cf. Lombard.,

Oct. cit. (p. 592).

6 Lombardi, in h. 1. (PL 191, 895); cl. supra, p. 449,
nota 1

1 Cf. Gull. Altisslod., *Summa*, III, tr. 8, c. 4, q. 4
(fol. 187d).

8 *Sermo* 240, n. 5 (PL 39,2200); ap. Lombard., loc. cit
(p. 592).

9 Ioan. 14, 1.

5 Psalm. 98, 5. I

intelligatur quantum ad dignitatem in cuius participatione non est creatura vel a in cuius est participatione. — Secundo modo dicitur latria stricte, cum scilicet restringitur vocabulum ad servitutum quae debetur Creatori ratione dignitatis, in cuius participatione non est creatura, et sic accipitur latria in Glossa illa: «Deo, cui debetur latria Domino, cui debetur dulia»; in participatione enim dicitur dignitatis, quae designatur hoc nomine 'Deus', secundum quod accipitur naturaliter, et etiam dignitatis, quae designatur hoc nomine 'Creator non est creatura. — Tertio modo dicitur large, non solum servitus quae debetur dignitati divinae, sed etiam creaturae unitae ipsi. In quo sensu dicit Rabanus2: «Caro Christi latria adoranda est sicut Verbum, sed non omni specie latriae, quoniam non adoramus eam omnino prostrati in terra, sicut credamus quod nos creavit de nihilo, ut sacrificemus ei sicut dum est», secundum Philosophum, quando Deo, sed adoramus eam, quoniam per ipsam re- dempti sumus»; et sic dicitur latria nomine extenso. Et sic respiciendo h unitatem personae, una est adoratio; respiciendo diversitatem naturarum, | differens est adoratio: divina enim natura per adoratur latria; humana, in sc considerat semper dulia, quia Sanctum Sanctorum; cor. U derata vero ut divinitati unita, adoranda est latria, extenso nomine latriae.

II. Ad secundum quod quaeritur dicendum, quod maior veneratio potest dici duplici quantitative scilicet, quia in pluribus est ratio: vel qualitative, eo quod maiori infensi veneratio. Secundum primum modum potest Christo incarnato deberi maior veneratio, in pluribus debet venerari. Secundo modo debetur ei maior veneratio, quia illud quod debetur venerationis humanitati, magis debetur ipsi divinitati, quae ipsius humanitatis catijv effectiva totaliter est.

1. Et ideo illud quod obicitur quod 'plura bona sunt magis eligenda paucioribus', intelligentes ratio enim venerationis creaturae, scilicet humanitatis assumptae, magis est in ipsa dirigitate quam in humanitate.

DISTINCTIO 111.

DE ADORATIONE CREATURAE.

& Siffionsequens est quaerere de adoratione creaturae, et hoc ordine:

Primo, de adoratione creaturae rationalis angelicae;
secundo, de adoratione creaturae rationalis humanae;
tertio, de adoratione creaturae irrationalis.

CAPUT I.

DE ADORATIONE CREATURAE ANGELICAE.

Quantum ad primum quaeruntur tria: | an sint angeli" aliquo modo adorandi latria; | An maior vel aequalis veneratio debetur | an angelus Satanae, cum transfiguratur st' in | sanctis angelis post incarnationem Christi' vel | angelum lucis3, dicens se esse Christum, possi- | 2nte; | sine peccato adorari latria.

295

ARTICULUS I.

An maior vel aequalis veneratio debetur sanctis angelis post incarnationem Christi vel ante.

Quantum ad primum obicitur sic: I. 1. Ante hominibus, et non prohibebant se adorari, sed incarnationem Christi angeli adorabantur" ab post incarnationem non permittunt se adorari ab

* R om. + V add. scilicet. S om. S om. R om. q. d. / V quia. + V add. nos. // L inspiciendo. + L qm i-
V id. est. / F potest pro I. p. d. R om. + S debetur: RS Christi pro ipal + V quia. / V est. + L om. CRT q. v.
V quoniam. R om. S om.; SV et pro rel. + S secundo an sint pro a. s. a + F truncaturatur pro t. s + F angelus edere
batur pro a. s. + F prohibebat.

3 Cf. supra, p. 448, nota 2.

1 apud quem tamen non invenitur, cf. S. Bonav., III Sent,

3 Cf. In Eplsf., ad Rom., V, 9, 5 (PL ili, 1482sq.). De d. 9, p. 221, nota 3.
hoc textu, ab aliis etiam Scholasticis Rabano adscripto, ; 3 II Cor. 11, 14.

4 Cf. Gen. 18, 2 et 19,1.

iffine, immo prohibent; unde in Apoc. 22,8 jdt loann: Cecidi, ut adorarem, ante pedes clu{ dixit mihi: vide ne feceris; conser- & tnm tuus sum et fratrum tuorum. Sed, si- joberetur ei aequalis honor qui ante debebatur, (gestat quod non prohiberet sicut nec ante; ergo r? a) tantus honor debetur angelis post incar- jinnonem quantus ante.

2. Hem, Gregorius1: Post incarnationem, quia videntur «humanam naturam super» se allatam, non permittunt se adorari ab homini- et' prius permittebant; ergo etc.

Ad oppositum: a. Ita sunt beati i angeli post ucamationem sicut ante: unde non est eorum lona diminuta vel beatitudo ex incarnatione, sid potius aucta. Si ergo non est subtracta di- rius beatitudinis ex incarnatione, ergo hec veneratio diminuta.

11. Iuxta hoc quaeritur unde fuit hoc quod angelus prohibuit se adorari a loanne, cum ita esset dignus sicut fuerat ante incarnationem.

Si dicatur quod hoc fuit ex humilitate, tunc ridetur quod ante incarnationem debuisset prohibuisse se ab homine adorari, quia tunc fuisset caior eius humilitas, si prius se humiliasset ho- mini quam modo, quia non erat homo ita dignus sicut modo; ergo non fecit propter hoc. Ex quo ridetur quod vellet angelus innuerem quod non tantus debetur ei honor post incarnationem quantus ante.

Solutio: Dicendum quod, quantum est ex parte ipsorum angelorum, aequalis honor debetur maximum bonum provocare.

ARTICULUS II.

290

Utrum angelus licite possit adorari latria.

Secundo quaeritur utrum angelus licite possit adorari latria.

Quod videtur 1. per textum Gen. 18,2, ubi dicitur quod Abraham adoravit angelos, et adoratione quae debetur Trinitati; ergo latria.

2. Item, Iosue 5,14, Iosue adoravit videns angelum, qui dixit: Ego sum princeps exercitus Domini. Ergo ipse adoravit angelum latria; ex iis videtur quod angelus possit adorari latria.

Solutio: Dicendum, quemadmodum dicit Augustinus de fruitione5, quod sola immutabili bonitate est fruendum simpliciter, rationali vero creatura, quae nobiscum potest participare summam bonitatem, est fruendum secundum quid et non simpliciter; item, fruendum in Deo, non in se, secundum quod dicit Apostolus, ad Philemonem, 20: Ego te, frater, fruar in Dorzino: irrationabili vero creatura, quae non potest do- biscum participare summam bonitatem, non est

1 L o. + V nec. + R qualiter: V add. mg. debebatur + T add. ut. + L at, T om. + S Kmu = V ergo. + T =
+ F: L om. hoc. + V om. + S om. + T instrueret. + F om. + L om. / Iu SV, Jn add. jkn < I wt R wi.
+ V inclinationem. + F est. + V prohibuit: L idolo pro idolo + S revocationem. + S add. Domini
+ SV poterit. + I preceptor. + V nobis. + T add. est: F (corr.) quia pro item

1 Cf. In Evang., I, hom. 8, n. 2 (PL 176, 1105).
1 Cl. Luc. I, 31.

3 Locum non invenimus. 4 Ct. Gee. IS, Isq
1 5 Cf. De doctr. christ., I, c. 33, a. 37 (PL 34, 331)

(ruendum nee4 simpliciter nee secundum quid. Eodem modo dicendum * tamen non per omnia, quod latria simpliciter debetur Deo, latria vero secundum quid debetur humanae naturae in Deo, hoc est non de se, sed ratione divinitatis cui est unita; latria vero nec simpliciter nec secundum quid debetur purae creaturae, quia latria est servitus debita Creatori.

(Ad oblecta): 1. Ad illud quod primof obicitur de Abraham, Gen. 18,2, quod videtur angelos adorasse latria, est responsio in Glossa¹, quod « Abraham intelligens divinitatem in unitate adorabat et dispensationi angelicae in forma visibili ministrabat ». Ex hoc igitur apparet quod duo intelligebat Abraham in apparitione illorum virorum. Intelligebat enim creaturam angelicam in forma humana; intelligebat etiam Trinitatem,

ideo et duplex actus sequebatur in Abraham, scilicet * adoratio, quae consequebatur intellecti² Trinitatis, et ministerium, quod consequebatur ad intellectum naturae angelicae apparentis humana natura. Ex quo patet quod adoratio latriae in Abraham non exhibebatur⁴ angelo.

2. Ad illud quod quaeritur de losue, dicitur, dum quod losue¹ intelligebat in angelo ipsum Deum, in cuius persona apparebat angelus, et illum adorabat. Unde dicit super illum locum Adamantius²: « Adoravit, non solum quia ex Deo est, sed quia Deus est; non enim adorasse nisi Deum cognovisset. Quis enim est princeps militiae nisi Christus? » Ex quo relinquitur quod intelligebat in angelo Christum, cum dixit, los. 5,14: *Ego sum princeps exercitus Domini.* Et sic patet solutio huius quaestionis.

297

ARTICULUS III.

Utrum angelus Satanae, cum transfiguratur se in angelum lucis, dicens se esse Christum, possit sine peccato adorari latria.

Tertio quaeritur de angelo Satanae, cum transfiguratur se in angelum lucis, sicut habetur II Cor. 11,14, et dicit se esse Christum, utrum possit adorari latria sine peccato.

Quod videtur, I. quia ignorantia facti, adhibita diligentia, excusat, quamvis ignorantia iuris non excuset; ergo, cum iste ignoret quod factum est et adhibeat debitam diligentiam, relinquitur quod non peccat adorando diabolum sicut Christum.

2. Item, si aliquis, credens hostiam consecratam a sacerdote celebrante, quae non esset consecrata, adoraret eam sicut corpus Christi, propter ignorantiam facti excusaretur. Ergo similiter adorans diabolum vice Christi in praedicto casu propter ignorantiam facti excusabitur.

Solutio: 1. Dicendum quod Satanas transfiguratus, apparens in specie Christi, non est adorandus pro Christo simpliciter nec credendus esse Christus, sedm sub conditione. Unde, si adoraret eum simpliciter, peccaret nec ignorantia excusaret eum.

Et assignatur huius triplex ratio³. Prima est, quia " quilibet est praemunitus per Sacram Scripturam quod angelus tenebrarum transfiguratur se in angelum lucis, II Cor. 11,14 et Matth. 24,5: *Multi venient in nomine meo* etc., et ideo tenentur discutere et non statim adorare. — Secunda ratio est p, quia habet remedium orationis, quoniam, si oraret * Deum toto corde ul revelaretur ei veritas, Deus non permetteret eum decipi. In hoc enim r casu intelligitur illud Ioan.

15,16: *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; in nomine meo* scilicet, quod est Iesus, quod interpretatur salus, hoc est *quidquid petieritis* ad salutem, secundum quod exponit B. Augustinus. Patet ergo ex hoc quod qui non orat non adhibet omnem diligentiam quam debet. — Tertia ratio est, quia facillime posset vitare" periculum, apponendo scilicet conditionem hoc modo: Adoro te, si tu es Christus.

2. Ad illud quod obicitur de hostia non consecrata, dicendum quod debet adorari sub conditione, scilicet si forma debita observata sit, et hoc * conditione tacita vel expressa.

* L om. - F add. fatert. licet. * L om. * S om. Anrahm * P om. / L om.; T om. intellectum... consequebatur.
* L exhibetur * T om. d. q. 1 * FLRT add. in. * F docet * R om. * V amat Christum pro e. C. S. - P quod. - F itant.
turatur pro l. r R om. - CLS adoraret * T om. * V add. m. p. non m. * L adorat. ■ Ita SV. all. vltari. - V sic.

1 Ordin., in h. I. (PL 113, 126).

2 Id est Origenes, *In librum Iesu Nave*, hom. 6, n. 3 (PG 12, 855); *Glossa ordin.*, in h. I., ap. Lyran.

3 Cf. Phil. Grevius, *Summa*, III, fol. 187c, ubi sequentia

quasi ad litteram occurrit; Odo Rigaid., III *Sent.*, d. 9, q. 4 (fol. 175d); S. Bonav., III *Sent.*, d. 9, a. 1, q. 6. sub *Respondeo* (III, 212).

< Cf. *In Ioan.*, tract. 102, q. 1 (PL 35, 1896).

CAPUT II.

DE ADORATIONE HOMINIS.

noquam habitum est de adoratione angeli, P quaeritur de adoratione hominis, quia di- secundo, utrum omnes homines aequaliter sint adorandi;

Apostolus: *Honore invicem praevenientes*, tertio, utrum mali sint adorandi; 12, io. quarto, quo modo sancti viri sint adorandi; primo, utrum homo adorandus sit latria; quinto, utrum malus praelatus plus sit adorandus quam bonus subditus.

ARTICULUS I.

298

Utrum homo adorandus sit latria.

[Quantum ad primum obicitur sic: Dicit Ioannes Damascenus quod «honor, qui exhibetur imagini, refertur ad illum cuius est imago; unde dicit* magnus Basilius²: Honor iaaginis ad prototypon pervenit, id est ad exemplar»; est enim prototypon d prima forma sive forma exemplaris, ad quam facta est imago. Cum ergo homo sit expressissima imago Dei, poterit in homine adorari Deus latria, et ita per consequens homo potest adorari latria.

II. Iuxta hoc quaeritur de B. Virgine³. Nam dicit Ioannes Damascenus quod «honor, qui eius est, ad eum, qui de ea est incarnatus, refertur». Ergo ipsa potest adorari latria.

Solutio: I. Ad primum dicendum quod homo non potest adorari latria, tamen potest esse materia adorationis latriae, in quantum est imago ducens ad Deum, cuius est imago, et ideo adoratio duliae debetur ei, secundum quod dicit Ioannes Damascenus, in IV libro⁵: « A principio Deus hominem^ secundum propriam imaginem fecit. Cuius igitur gratia nos ad invicem

adoramus, nisi quod secundum imaginem Dei facti sumus? Ut enim ait magnus in divinis Basilii⁶, honor imaginis ad prototypon pervenit, id est exemplar: prototypon autem est illud quod imago representat ».

II. Ad secundum quod quaeritur de B. Virgine, dicendum quod, quamvis « honor, qui eius est, ad eum qui ex ea est incarnatus », reducatur, non sequitur propter hoc quod honor ille sit latria, sed sequitur quod honor ille refertur ad Christum. Honor tamen ille qui B. Virgini debetur, est cuiusdam praerogativae, scilicet duliae singularis et quasi immediate disponens ad latriam, non tamen est latria. Cum enim adoro Matrem Dei in quantum huiusmodi, non adoro ut causam mei conditricem, et ideo non adoro latria; quia autem adoro ut Matrem Dei, honoro ut Matrem Creatoris, et hoc propter ipsum Creatorem. Unde ratio honoris est ipse honor Creatoris, ipse tamen honor exhibetur creaturae. Ex quo relinquitur quod honor ille est dulia praerogativae singularis disponens ad latriam, et cuius ratio latria est.

ARTICULUS II.

299

Utrum omnes homines aequaliter sint adorandi.

Consequenter quaeritur utrum omnes homines sint aequaliter * adorandi.

Ad quod sic: 1. Damascenus, in IV libro⁷: A principio Deus hominem secundum propriam imaginem fecit. Cuius igitur gratia nos ad invicem

adoramus, nisi quod secundum Dei imaginem facti sumus?» Ex quo obicitur quod, si omnes homines aequaliter ad imaginem Dei facti sunt, ergo omnes homines aequaliter adorandi sunt.

Contra: a. Adoratio est debitum ratione dignitatis excellentis; ergo, si est dignitas aliqua

* L dicit. * F iteat. Pom. 4 R om. pervenit... prototypon... C om.; T om. et... latria. /Rom. * S om. * FS
et matrem Dei pro A. u. m. * Rom. * F om. facti... imaginem.

1 *ft fide orlhod.*, IV, c. 16 (PG 94, 1170).

2 *Di Spiritu Sancto*, c. 18, n. 45 (PG 32, 150).

3 Cf. S. Bonav., III *Sent.*, d. 9, a. 1, q. 3 (III, 205).

< Loc. cit. (PG 94, 1171).

5 Loc. cit. (PG 94, 1170).

6 Cf. supra, nota 2.

7 Loc. cit. (PG 94, 1170); cf. supra, nota 5.

excellens in uno respectu alterius, non aequaliter debetur **eis** adoratio. Vel si dicas quod immo, quia non adorantur nisi ratione eius quod sunt ad imaginem Dei, tunc sequetur ex hoc quod unus non debet alium adorare, quia unus aequalis est alteri quantum ad imaginem.

b. Item, praelatus ratione naturae non debet adorare subditum, quia aequalis est ei quantum ad naturam, similiter habet dignitatem excellentem respectu illius; ergo non debet ipsum adorare ratione dignitatis, immo potius e converso; ergo non aequaliter debetur omnibus adoratio.

Solutio: Dicendum quod omnibus exhibendus est honor pro statu et tempore, quia omnes ad imaginem Dei facti sunt, ut dicit Damascenus¹, et haec est ratio communis quare honor omnibus debet exhiberi loco et tempore. Sed notandum quod in imagine, quae est homo, intelligitur quod est per naturam; intelligitur etiam in ea quod est per gratiam, quae reducit ipsam imaginem in plenam conformitatem Dei,

300

Articulus 111.

Utrum mali homines sint adorandi.

Tertio quaeritur utrum malis hominibus debetur adoratio.

Ad quod sic: 1. Ioannes Damascenus³: « Honorandum est sanctos ut filios et heredes Dei », ut dicit Ioannes Evangelista⁴. Si ergo mali homines non sunt amici nec filii nec heredes Christi, ergo non sunt adorandi.

Ad oppositum: a. Rom. 12,10: *Honore invicem praevenientes*, Glossa⁵: « Id est in qualibet reverentia; aliter non est fraternus amor, nisi mutuis se praeveniant obsequiis ». b. Item, aliquis modop malus forte praeordinatus

301

Articulus IV.

Quo modo sancti viri sint adorandi.

Quarto quaeritur de adoratione sanctorum dulia idem est quod servitus, ut dicit Augustinus⁸; ergo servitute ipsos adoramus.

Ad quod sic: 1. Dulia adoramus sanctos; sed vera religione: « Sancti adorandi sunt propter

* F omibus. * V om. * F sumus. A T hominibus. * F om. quae... gratia; L om. igitur. * F om. quantum... ut: F (corr) aucta pro acta. * L om. * F add. enim. * F add. est. 1 V add. ut: FT imaginem pro imagine. * L om. * F (corr) honoramus pro H. t. * B om. * In B. niti praeveniat; F om. praevenientes... se. * F R est. * F homo. * H. P. 111 om. * B (rp F add. lateri. laus. * F om. * C P R T honorandi.

1 Cf. supra, p. 455, nota 5 et 7.
2 Antiphona 2 ad Laudes Confess. Pontif.
3 De fide orthod., IV, c. 15 (PG 94, 1163).
4 Ioan. 1, 12; Rom. 8, 17
5 Lombardi, in b. l. (PL 191, 1500).

6 Cf. supra, num. 266, ad 3.
7 Enarrat, in Psalm. 118, sermo 24, n. I (PL 37, 1560);
De civit. Dei, XIV, c. 6 (PL 41, 409).
8 Quaest. in Heptat., I, q. 61 (PL 34, 564).
» Cap. 55, n. 108 et 110 (PL 34, 169sq.).

I Bionem, non propter religionem; adoramus caritate, non servitute. Ergo adoratio, quae dicitur servitus, non est servitus. Solutio: Dicendum quod duplex est servitus. Una enim servitus obnoxietatis, et haec debetur

Deo, eo quod est principium nostri esse; est etiam servitus reverentiae, et haec debetur sanctis, quia ipsi sunt nostri ductores vel per doctrinam, sicut praelati, vel per intercessionem vel per administrationem.

Articulus V.

302

Utrum malus praelatus magis sit honorandus quam bonus subditus.

Quinto quaeritur an malus praelatus magis sit honorandus quam bonus subditus vel c contra.

Ad quod sic: a. Rom. 13,7: *Cui honorem, honoratum*. In praelato, qualicumque sit, est maior dignitas quam in aliquo subdito; ergo maior veneratio debetur malo praelato quam bono subdito. Contra: 1. Maior est dignitas imaginis in bono subdito quam in malo praelato; sed dignitas imaginis ratio est quare nos ad invicem adoramus; ut dicit Damascenus¹; ergo maior veneratio debetur bono subdito quam malo praelato.

Solutio: Dicendum quod malus praelatus, in quantum praelatus, magis debet honorari quam bonus subditus, quia magis est in participatione debiti honoris, quia est honor gratuitus debitus ex necessitate et est honor gratuitus non debitus ex necessitate. Primus honor debetur praelato in quantum praelatus, quia, in quantum huiusmodi, vice Christi est unde Rom. 13,4 dicit Apostolus de ipso praelato quod *Dei minister est*. Honor autem gratuitus non debitus ex necessitate, debetur bono subdito, et ideo magis tenetur ad honorem maiorem praelati in quantum praelatus est.

CAPUT 111.

DE ADORATIONE CREATURAE IRRATIONALIS.

Post haec inquirendum est de adoratione quae debetur irrationabili creaturae, quae est vestigium Dei, et maxime de adoratione quae debetur cruci Christi².

Primo, an maior veneratio debetur cruci Christi quam homini; secundo, an possit Deus adorari latria in vestigio sicut in imagine.

ARTICULUS I.

An maior veneratio debeat cruci Christi quam homini.

Quantum ad primum sic obicitur: 1. Exod. 20,4 prohibetur quod non fiat sculptile neque alla similitudo. Si ergo figuramus Deum in cruce, contra praeceptum facimus; non est ergo crux magis adoranda quam rationalis creatura. 2. Item, adoratio sive veneratio respicit dignitatem; sed maioris est dignitatis rationalis creatura, quae est homo, quam ipsa crux, quia homo id imaginem Dei factus est et creatus est ad beatitudinem et ut sit particeps divinae veritatis et bonitatis per cognitionem et amorem;

crux autem non ita, cum sit irrationalis creatura; ergo maior veneratio debetur homini quam cruci.

Contra: a. Crux a maximis adoratur, etiam Petrus, qui iam beatus est, crucem adoraret non tamen hominem; ergo maior veneratio debetur cruci quam homini.

Solutio: Dicendum quod est dignitas realis, quae debetur rei; et est dignitas imaginis, et haec non est ex parte imaginis, sed ex parte rei quam imaginatur. Unde Damascenus⁵: « Honor

* Som. * F om. non est... duplex. * V doctores. * L adorandus. * T condignitas. * R SV, 111 om. * L om.; T oe. 41- ita... (restitu). * T (corn) vicem Christi gerit pro v. C. d. < SV om. * F (corr) » ut 1 T adoramus. * U SV. » Mt obo. * Vob. * Lom. * V C om. * F om. * V adoravit. * C om. realis... dignitas. * FL imaginatur. T imaginatur.

1 De fide orthod., IV, c. 16 (PG 94, 1170).

2 Cf. S. Bonav., III Sent., d. 9, a. I, q. 4 (III, 207).

3 De fide orthod., IV, c. 16 (PG 91, H70); d. supra. num. 298, sub I.

imaginis ad prototypon, id est exemplar, referitur». Sed nolandum quod est imago per participationem, et haec este rationalis creatura; et est imago ut signum, scilicet alicuius beneficii Dei sicut humanationis eius et passionis et huiusmodi. Ubi ergo est imago ut signum, totus honor refertur ad prototypon, id est exemplar. Unde dicit Damascenus¹ de cruce quod adorando crucem, adoramus passionem Christi sive Christum passum, sub iis verbis: « Adoramus typum pretiosae crucis; et si ex alia materia est facta, non materiam adorantes, absit, sed typum ut Christid symbolum, id est notam. Dixit enim discipulis²: *Tunc apparebit signum Filii hominis in caelo* ». Sed ubi est imago per participationem, ut homo³, est adoratio duliae, et ita non est haec adoratio crucis maior nisi quia refertur ad signatum⁴; dulia autem debetur homini, eo quod est in participatione divinae dignitatis, sicut potentiae vel sapientiae vel bonitatis, quod non convenit cruci. Ille ergo maior honor qui exhibetur cruci refertur ad rem significatam cuius est signum, non ad ipsam crucem in se.

[Ad oblecta]: I. Ad illud quod obicitur: *Non facies tibi sculptile*, dicendum, secundum Damascenum³, quod, antequam Deus esset humanatus, facere imaginem Deo erat impietatis, quia secundum divinam naturam non est figurabilis; sed, postquam visibilis⁴ et sensibilis factus est per assumptionem carnis, non est hoc⁵ impietatis, sed potius pietatis est ipsum figurare, et hoc propter doctrinam et instructionem nostram et propter recordationem passionis Christi, ut praesens sit nostrae memoriae, et per hoc⁶

Instruimur et allicimur ad bonum. Hac etiam causa fiunt imagines Sanctorum. Unde Dicitur⁴ scenus⁴ dicit: « Invisibilis et incorporel et m. circumscriptibilis et infigurabilis Dei quis potest facere Imaginem? Insuper Igitur summae et impietatis figurare quod divinum est. Hinc Veteri Testamento non erat assuetus imago usus. Quia vero Deus propter viscera misericordiae suae secundum veritatem factus est propter nostram salutem, non ut Abrahae vit⁵ est in specie hominis, non ut Prophetis, sed eundem substantiam factus est homo et perit, bulavit terram et cum hominibus conversatus est, miracula fecit, passus est, crucifixus est, surrexit, assumptus est, et omnia secundum ritatem facta sunt et visa sunt ab hominibus; scripta quidem sunt ad memoriam et doctrinam nostram. Quia autem non omnes noscunt litteras nec lectioni vacant, Patres excogitaverunt velat quosdam triumphos in imaginibus describere ad velocem memoriam. Quapropter multoties nos secundum mentem habentes Domini passiones, imaginem Christi crucifixionis videntes et saltaris passionis in memoriam venientes, procedentes adoramus, non materiam, sed imaginatum. Similiter et Dei Genitricis imaginis non materiam, sed figuram adoramus: honor enim qui est ad ipsam, ad ipsum, qui ex ipsa est incarnatus, reducitur. Similiter autem¹ et Sanctorum certamina, erigentia nos ad fortitudinem et imitationem et zelum virtutis eorum et gloriam Dei, sicut diximus: etenim⁹ imaginis honor ad prototypiam, id est exemplar, pervenit». — Et per hoc solvuntur omnia obiecta.

304

Articulus 11.

Utrum Deus possit adorari latria in vestigio sicut in imagine.

Secundo quaeritur utrum Deus possit adorari latria in vestigio sicut in imagine.

1. Quia si sic, cum in omni creatura sit vestigium Dei, erit adorandus latria in omni creatura, ut in lapide. Quod autem ita sit, patet, quia Gen. 28,18 dicitur de Iacob, quod surgens mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti, et erexit in titulum, fundens oleum desuper. Cum ergo latria consistat in sacrificii oblatione, ipsum autem

oleum obtulit pro sacrificio, ergo ipse exhibuit latriam lapidi.

2. Item, cum Deus sit ubique praesentialiter, potentialiter, essentialiter, ergo potest in omni re adorari; ergo secundum hunc modum potest cui libet creaturae exhiberi latria.

Solutio: Cum quaeritur an Deus adorandus sit in vestigio, dicendum quod non, nisi in quantum vestigium efficitur signum per institutionem, quemadmodum tabernaculum, et lapis, quo

erat signum et figura ipsius Christi, secundum hoc signatum^o adoratur latria. Si consideratur ipsum^b vestigium in se, non esse materia latriae vestigium enim¹ non Mediate ducit in Deum quemadmodum imago. Vestigium enim determinatur in creatura irrationali secundum unitatem, veritatem, bonitatem, et referuntur ad imaginem², quae in creatura non determinatur secundum memoriam, indigentiam et voluntatem^d, quae quidem immediate referuntur ad Trinitatem². Quia ergo illud colam quod immediate ducit in Deum potest esse latria, vestigium autem non ducit in Deum immediate, patet quod non potest esse latria in quantum huiusmodi, sed imago; est etiam quod Deus potest adorari in imago, non in vestigio in quantum est res.

[Ad oblecta]: I. Ad illud vero quod obicitur de Iacob, dicendum quod ipse¹ non impendit

honorem lapidi, sed signato per lapidem, quod erat Christus

2. Ad ultimum dicendum quod, quamvis Deus sit in omni creatura, prout dicitur, praesentialiter, potentialiter, essentialiter, non tamen, sicut dicit B. Augustinus, *Ad Dardanum* omnem creaturam inhabitat: solum enim habitat in illis³ in quibus est per gratiam, qui scilicet sunt templum eius, sicut dicit Apostolus⁵. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*. Templum autem solum dicitur creatura rationalis, in qua Deus inhabitat per gratiam et cognitionem et amorem. Quia ergo creatura irrationalis non est possibilis ut sit templum, nec erit in ea adoratio prout res est, nisi secundum quod est signum, sicut dictum est Reliqua quae pertinent ad istare materiam inveniuntur in Quaestione de latria. quando de virtutibus inquiretur Et sic patet responsio.

TITULUS 11.

DE SECUNDO PRAECEPTO.

DISTINCTIO I.

DE SECUNDO PRAECEPTO GENERALITER.

ostquam quaesitum¹ est de primo mandato Decalogi, consequenter inquirendum est de secundo, quod est: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*. Et circa hoc quaeretur:

Primo, generaliter;

secundo, specialiter.

Generaliter duo quaeruntur:

Primo, de expositione huius praeepti;

secundo, de continentia eius et intentione.

CAPUT I.

DE EXPOSITIONE HUIUS PRAECEPTI.

Quantum ad primum quaeritur de expositione huius mandati, quae assignatur tribus modis secundum tres expositiones quae ponuntur in Eiod. 20 et Deuter. 5. Una enim expositio est

quae ponitur Exod. 20,7: *Non assantes* etc.: « Christum putando tantum creaturam⁸ »; et Deuter. 5,119: « Non aestimes creaturam esse Filium Dei ». — Secunda expositio est quae ponitur

¹ C om. ² L om. ³ L om. ⁴ S add. ut. ⁵ P (corr.) tbi pro u. h.: V Ideo pro est. ⁶ I S signum. ⁷ S om. secundum... 1123-1124
* C on. ¹ R add. et. ² S om. ³ R om.: C om. substantiam. ⁴ SV mentes. ⁵ Ita SV, alii memoriam. ⁶ S deler. ~F
* R est enim. ¹ V et pro l. e. ² V om. ³ R del. ⁴ SV om. ⁵ S add. mg. latria. ⁶ F in signum et pro s. p.

¹ *Dt fide orthod.*, IV, c. II (PG 94, 1131).
2 *Matth.* 24, 30.

³ Loc. cit., c. 16 (PG 94, 1171).
⁴ Loc. cit. (PG 94, 1171 sq.)

*LT ¹ *... ..* ² L om. ³ L om. ⁴ L om. i. e. r. ⁵ C om. / C om. ⁶ F oa. e. / L L ⁷ F larroaettr ⁸ CR tojs-
10m ⁹ R peccati. ¹ SV add. in.

¹ Cl. Alex. Hal., *Summa theol.*, II, p. 45b, sub *Respon-*
dendum; p. 46b, ad 1; p. 410a, sub *Respondeo, ad I.*

² Cl. Alex. Hal., loc. cit., I, p. 608b, sub *Respondeo*;
II, p. 362a, in *Solutione, ad 1*; p. 409b, ad 3; p. 410b,
a/2-3, p. 413b, ad 1; p. 415a, sub *Respondeo.*

³ Cl. *Glossa ordin.*, in Gcn. 28, 18 (PL 113, 155).

⁴ *Epist.* 187, c. 12, n. 35 (PL 33, 845).

⁵ I Cor. 3, 17.

⁶ Cf. hic in *Solutione.*
⁷ In *Summa theol.* deest.

⁸ *Interim.*, in h. L., ap. Lyran.; cL supra, p. 436. nota X
⁹ *Ordin.*, in h. 1. (PL 113, 458).